

SCRIPTA

Numéro Scripta : 8280

Auteur(s) : Guillaume, Soligny-la-Trappe, Notre-Dame de La Trappe (abbaye, abbé)

Bénéficiaire(s) : Geoffroy d'Ardenne [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1276, janvier

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

L'abbaye de la Trappe, pour mettre fin à un litige pendant entre elle, d'une part, et Geoffroi d'Ardenne et ses frères, d'autre part, accorde à ces derniers la tenure du fief des Mésangères, à charge d'une redevance annuelle de trois sous, monnaie courante.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Charencey Hyacinthe (Comte de), *Cartulaire de l'Abbaye de Notre-Dame de la Trappe*, publié d'après le manuscrit de la Bibliothèque Nationale, Alençon, Renaut de Broise (Société historique et archéologique de l'Orne), 1889, S. « De nemoribus », n° [XXXIV], p. 478-479.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis, frater G[uillelmus], dictus abbas, et conventus Domus Dei de Trappa, salutem in Domino. Noveritis quod, cum contentio verteretur inter nos, ex una parte, et Gaufridum de Ardena et Petrum, Johannem et Thomam, fratres ejus, ex altera, in assisia domini regis apud Vernolium, super feodo de Musengeria, quem dicebamus ad nos pertinere debere ratione feodi de Ardena, qui feodus non poterat dividi quoquo modo, secundum conventionem que quondam facta fuit inter abbatem et conventum Vallis Sarnei et defunctum Rogerum de Ardena, quondam militis, prout continetur litteris ejusdem Rogeri, quas habemus, a dictis abbate et conventu nobis traditas pro excambio redditus nostri quem habebamus apud essartia domini regis et redditus ipsorum quem habebant in dicto feodo de Ardena et Musengeria sito in parrochia de Boert, tandem dicta contentio, habitu bonorum virorum consilio, pacificata est in hunc modum, quod nos volumus et concedimus ut dictus Gauf[ridus] et ejus fratres de Ardena predicto habeant et possideant predictum feodium de Musengeria et teneant de nobis, pro tribus solidis monete currentis in patria, libere, pacifice et quiete, salvo jure Petri de Ardena, armigeri, nepotis eorumdem, et salvo releveio nostro dicti feodi, quociensciensque (sic) contigerit. Sub tali autem conditione concessio facta est, quod heres primogenitus predictorum fratrum feodium predictum totum tenebit de nobis pro redditu supradicto, nec de cetero dictus feodus sine nostra licentia speciali poterit dividi in futurum, secundum formam que continetur in litteris predicti Rogeri, quondam militis, patris eorumdem, quia in hoc nobis retinuimus totum jus, districtum et proprietatem predicti feodi, non obstante aliqua consuetudine Normanine, nec possessione longe saisine Debent autem dicti fratres et eorum heres primogenitus dictum redditum trium solidorum vel eorum mandatum afferre et solvere mandato nostro apud grangiam nostram de Chantecoc existenti in dicto feodo, [in festo] sancti Remigii annuatim. Ut autem firmum istud et stabile maneat in perpetuum, nos predicto Gauf[rido] et ejus fratribus jam predictis dedimus presentes litteras, sigilli nostri munimine roboratas, per quas

dictam concessionem, secundum tamen formam predictam, garantizare tenemur et deffendere contra omnes. Datum
anno Domini M° CC° LXX° quinto, mense januario.